sitionem illam obtinet, per alios ad clientelam nostram se convertit, nostrum protectionem implorari curavit, ut scilicet, quod hactenus neglectum et malo titulo usurpatum est, emendet: super quo dum pro rei gravitate plenè ac maturè deliberandum duximus, antequam voluntatem nostram declaremus, ipsam alibi refugium quærere intelligimus. Id autem cum contra jus et authoritatem cum Nostram tum sacri Imperii fit, præcavere meritò debemus, ne quid hâc in re nobis aut sacro Imperio in fraudem, in præjudicium admittatur. Quamobrem à S.te V.ra Ser.ma, cujus æquitas et promtum erga nos studium multis jam ante Nobis documentis perspecta sunt, benevolè requirimus, ut si quid tale præfatam Comitissam isthic apud Pontificem Max.: aut apud sedem Apostolicam procurare intellexerit, id impedire tanquam juribus et auctoritati, tum nostræ, tum sacri Imperii contrarium, curet. In eo facit S.tas V.ra rerendissima rem nobis gratissimam, et opinione quam de ipsius æquitate habemus, dignam. Cæsarea nostra benevolentia agnoscendum. Datum Prag. 12. Mensis Martij 1589

Ad Kivenhiller de negotio Mirandulano.

124) Rudolphus &c.

Generose, fidelis Nobis dilecte. Quid Mirandulani Comites contra divum etc. et quæ sequuntur in præcedenti epistola mutatis mutandis tandem ita concluditur. Quam ob rem tua cura clementer committimus, ut si quid tale præfatam Comitissam isthic apud Serenissimum Hispaniarum Regem Catholicum, avunculum, sororium et fratrem nostrum charissimum procurare intellexeris, id impedire tanquam juribus et auctoritati tum nostræ, tum Imperii sacri

de ao 1589

Sacri contrarium, quantum in te est, conetis.
Facies in eo rem nobis gratissimam et fide.
tuâ dignissimam. Dat. Pragæ 12. Martij 1589.

Ad Cardinalem Madrutium de novo Rege in Italia.

125)

Rudolphus &c. Rev.me significatum est nobis à fide dignis, qui nostris et Sacri Imperii rebus dg.r et addicti sunt, aliquem esse in Italia Principem, qui in ista Curia et apud Sanctiss. Nep. nobis inscijs dignitatem et titulum appetat atq; affectet Regium. Quod cum in detrimentum ac diminutionem tendat auctoritatis nostræ, Sacrij Imperij, Nos pro officio nostro Cæsareo contibg hujusmodi tempestivè obviam ire neritò tenemur, eamq; ob causam et oratorem nostrum destinatum maturius ad urbem pergere cupimus. Sed cum vix ille intra mensem adhuc unum aut alterum isthic adesse possit, multum interim fiducia in sincero ac pronto S. V. Rmæ erga nos studio ponimus, benignè ab eo petimus, ut in prædictum negotium, quam fieri diligenter potuit inquirat, atq; si ita esse habere comperierit, cum Sanctitate sua nostro nomine seriò agat, quam grave nobis futurum sit, si novo et insolito more, tale quid isthic tractari permittatur, quod hoc adeò turbido rebusq; obnoxio tempore multis incommoditatibg præbere ansam possit, cui mutua potius ope et consensu quies et tranquillitas publica fovenda esset ac sustentanda. Quantum molestiarum inter divum quondam Imperatorem Maximilianum Dnum Genitorem nostrum colendissimum atq; nem.q et fede